UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Vt nemo inuitus agere cogatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

est verum in sententia diffinitiua, secus in interlocutoria. Intelligge interlocutoria de mittendo ex primo vel secundo decreto, vt vidistis in l. si preses, quomodo & quando Iudex.

ADDITIO.

a P.P A V.P. ¶ Si cum esses. Circa istam materiam, adde Pet. Berar. singu. l. xvj. quod minor non habeat legitimam personā standi in iudicio, limita, nisi iuraret non contrauenire processui & sententie, vide Jaso. auth. sacramenta. C. si aduersus vendit. vbi etiā hoc limitat, sed non firmat. Et an in crimmalibus & vbi proceditur sine figura iudicij minor possit stare in iudicio, vide Are. in l. cum & nos minores. C. si aduer. rem iudi.

LEX III.

1 ¶ Iudicium momentanee possessionis, quare sic dicatur.
2 In isto iudicio momētanee possessionis lis contestatur, probationes tamen non requiruntur ita clare.
4 Minor licet possit agere in causa possessoria, non tamen potest cōuenīri.
5 In causa possessionis, quando possit fieri articulus de proprietate, vel dicatur impertinens.
6 Testis deponens super articulo possessionis, si deponat etiam de proprietate, valeat eius dictum.

Momentanee. Hec est difficilis l. & multū vtilis, & notabilis. Et diuidit in tres partes fm lec. magis vtilem. Primo dicit, q minor habet legitimam personam in causa momentanee possessionis. [a] Secundo, qs non habet legitimam personam in causa proprietatis. Tertio qs non pōt per modum recōuentionis minor reconuenīri in cā proprietatis, sine legitimi administratoris authoritate. Secunda ibi, sub colore. Tertia ibi, nihil autē. & hoc sit pro summario fm lec. Azo. magis vtilem. ¶ † Quero quare dicitur iudicium momentanee possessionis. Respond. dicunt quidam, q cognoscitur de causa summarie. Domini, non intelligatis summarie, hoc est sine libello, & litis cōtestatiōe, q in eo debet † lis cōtestari, vt Insti. de interdic. §. retinēde. & plene dico in l. naturaliter §. nihil commune. de acq. pos. Sed summarie, q probationes non requiruntur ita clare, vt j. quorum bo. l. j. & ibi dixi. Potest tamen agi aliquo possessorio, vt condictione ex l. momentanee. j. vnde vi. in quo cognoscetur summarie, vt ibi dixi. Dicit tex. & ibi gl. sentit. & ibi dixi vobis. Vel dic momētanee, q possessio est apta momento durare penes vincentem. ¶ † Quero secūdo, de quo iudicio possessorio loquatur hic? Respond. licet gloss. hic varet, tamen veritas est ista, quod prout refertur ad personam minoris, potest intelligi de iudicio possessorio adipiscende, vel recuperande possessionis, vt j. si per vim, vel alio modo. l. j. Nam adipisci non potest ipse possessionem sine domini voluntate, nec diceretur habere personam legitimam in iudicio. In hoc videtur residere ista gloss. ¶ Quero, vtrum iudicium momentanee possessionis, possit contra minorem intentari. Quidam dicunt quod non, quia hic dicitur actio, non autem loquitur de defensione. Ita ponunt quidam † casum in si. nostre. l. quod minor non possit conuenīri de possessione, licet possit agere. quod satis mihi placet, q in eorum fauorem est inductum, vt possint agere de possessione, ergo non debet redundare in eorum lesionem quod possint conuenīri. ¶ Ultimo, gloss. tua hic in si. dicit not. argu. quod testes in causa possessionis non sunt interrogandi de proprietate, & si interrogentur, non valet [b] dictum eorum. Ista glo. potest intelligi duobus modis. Primo † an in causa possessionis possit fieri articulus de proprietate, vel dicatur articulus impertinens. Respon. quod quandoque articulus proprietatis est impertinens in questione possessionis, quandoque in interdicto retinende, vt dixi in l. j. j. vt possid. quandoque in interdicto adipiscende, vt l. si. & l. j. j. quorum bon. l. j. quorum legat. & in qualibet earum not. in l. ij. j. de edict. diui Adria. tollendo. & ibi nota. Item quandoque in interdicto recuperande possessionis, vt in casu leg. conquerebatur. j. vnde vi. & ibi gloss. notab. & bene. & ibi dixi. ¶ † Secundo modo potest intelligi, quod si articulus de possessione tantum dicat, & testis deponit de proprietate. an valeat? Breuiter omnes doct. intelligunt sic. Aut testis iurauit simpliciter dicere veritatem super his, que in articulis continentur, & tunc illud, quod dicit de proprietate, non valet, quia deponit non iuratus. ergo, &c. vt l. iurisiurandi. j. de testibus. Aut iurauit dicere veritatem super articulis, & tota causa, & tunc valeat dictum eius, &c.

ADDITIONES.

a P. P A V. P. ¶ Possessionis. An repræsentetur maior in hoc iudicio, & an si ledatur possit restitui in integrum, vide Jas. in l. sciendum. de verb. oblig.
b ALEX. ¶ Valet. Et not. gloss. quod probatio eius, quod fieri non debuit, nihil reluat, limita vt habes per Alexand. in l. a diuo Pio. §. si quis. de re iudic.

Vt nemo inuitus agere, vel accusare cogatur. Rubr. VII.

LEX VNICA.

Inuitus. Item dicit tex. quod rubrica non eget summario. Dicit tamen gloss. quod ex causa quandoqs statuitur terminus ad agendum, vel accusandum, quod dic vt in gloss. & plene dixi in l. Titia. de accu.

De ordine iudiciorum. Rubr. VIII.

¶ Continua vt in gloss. &c.

LEX I.

1 ¶ Si pupillo agenti mouetur questio status, an iudicium differatur, vel causa status.
2 Sententia lata super principali, quando preiudicet super incidenti, & nume. j.
4 Sententia lata super incidenti, quando faciat preiudicium, si in alio iudicio per modum actionis agatur super eo.
5 Super incidenti quando sit pronunciandum.
6 Exceptio rei iudicate iurisiurandi, & transactionis, impedimentis ingressum, & quando dicantur emergētes, & super ipsis sit pronunciandum. & nume. 7.

a **Adite presidem.** Super incidenti non est pronūciandum, sed pronūciatur super principali. h. d. ista notabilis lex. Et primo ponit dictum. Secundo respondet cuidam obiectioni. Secunda ibi, neq; enim. ¶ Opp. & videtur quod quando questio status infertur pupillo, differatur iudicium petitionis hereditatis, vt j. de Car. edi. l. j. Sol. verum est quod differtur, quando pupillo expedit, sed hic pupillo non expediebat, quia habebat probationes in promptu. & testes poterant mori, vt l. iij. §. due. ff. ad Car. ¶ Opp. ad idem. ff. de car. edic. l. ij. §. missum. vbi dicitur quod potest agi de statu pupilli, quando ipse agit petitione hereditatis, & etiā. §. de pen. iudi. l. placet. ita dicitur quod preses prouincie potest cognoscere de statu. hic vero dicit contra, quare male. Sol. q hic dicitur, quod si super causa status cognoscere nō possit, intellige. s. nō propter iurisdictionis defectū, sed propter defectū principalis, quādo cōuenīretur. & sibi expediret, quod questio status differretur per Carboniānū. sed hic pupillus agebat & expediebat sibi ne differretur. ¶ Item op. ad idē. ff. ad Car. l. pe. vbi pupillus agebat petitorio. & tamē differebat questio status. Sol. hic agebat contra vniuersalem possessorē hereditatis, qui se cōtendebat heredem, ibi agebat cōtra possessores singularū rerū. qui se heredes non cōtendebant, & satisfecerat ibi pupillus vnde pōt mouere actiones. sicut curator datus bonis. Cōtra predicta op. & videt q nullo casu status questio differatur, vt j. de pher. l. lib. Sol. ibi referebat questio status defuncti, que non tangebat q. status pupilli. hic referebatur q. status ipsi pupillo, & secundū hoc hec lex intelligitur, q hic agebatur petitione hereditatis. Alij intelligunt l. istam, quod hic petebatur bonorū possessio Carboniana. & tūc tex. in iij. parte stat improprie, quia preses prouincie non poterit in illa questione de causa status cognoscere plenarie, sed cognoscit summatim, & nō pronūciabit de ea, sed de hereditate. hoc est, de possessione hereditatis, ex Carboniano edicto. Probat in l. iij. §. parui. & §. cause. ff. de Carb. edic. Ista lec. est vera in se. tamē nō bene cōgruit litere, que innuit q agebatur de hereditate, nō de possessione hereditatis. Et ideo † vt habeas istā materiā distinguā. Quādo pupillo infertur questio status, aut est questio status defuncti. que non tangit pupillū. & ista nō differtur, vt l. hbe. §. de pher. Aut infertur questio status ipsius pupilli, & tūc aut pupillus agit, vel conuenit. Si agit. aut possessorio. & differtur q. status, nec de causa cognoscitur, nisi summarie, nisi forte pupillo expediret, vt hic secundū secundā lec. & in l. iij. §. parui. & §. cause. ff. de Carbo. edi. Si vero agit petitorio, tunc aut agit contra vniuersalē possessorē hereditatis, qui se cōtendit heredē. & non differtur questio status, sed de ea plene cognoscitur hic fm j. lec. & l. iij. §. missum. ff. ad Carb. Si vero agitur contra particulares possessores hereditatis, tunc differtur q. status, vt l. j. ad Car. Si vero pupillus cōuenitur petitione hereditatis, tunc debet differri questio status, vt l. j. ad Car. nisi expediret pupillo, quod nō differretur, vt l. iij. §. due. ad Car. Modo habetis primā gl. mag. ¶ Modo venio ad vltimā gl. mag. & istā reciteimus per questiones, & est multū subtilis, & vtilis. & adiuerte, dicitur hic, q non pronūciatur super incidenti, sed super principali. ¶ Quero, vtrū sentētia lata † super principali [b], particulariter preiudicia super incidēti. Sl. distinguit, aut pronūciatur pro pro, & videt q pro eo pronunciatur super vtraqs, secus si cōtra pronūciatur in principali, nō enim tūc videtur pronūciari cōtra eum super